

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

**Wiegand, Wilhelm**

**Straßburg, 1879**

1253 - 1254

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

memorie recepit<sup>1</sup>, in possessiones convertet easque a domino nostro Co[nrado] Romanorum rege et suis successoribus in feodum recipiet et habebit est etiam hoc additum, quod dictum dominum episcopum vel suos in civitate vel extra civitatem preter formam iudicii non offendet nec molestabit aliquatinus vel gravabit. hec  
 5 omnia dictus S[igelinus] se impleturum et observaturum promisit corporali prestito juramento. ego S[igelinus] Bilde omnia prescripta me observaturum et impleturum promisi et promitto corporali prestito juramento. in hujus facti evidentiam presentibus litteris cum sigillo civitatis meum sigillum in testimonium est appensum.

10 *B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 3465 nr. 280 aus einem Papier-Copialbuch des Straßb. Domcapitels von 595 Blättern, von einer Hand des ausgehenden 16ten Jahrh. eingetragen mit der Ueberschrift: 1253 concordia indignationis episcopi Argentinensis erga Bilde-nem scultetum in Bischovisheim habite.*

15 **331.** *Pabst Innocenz IV bewilligt den Franciskanerinnen zu Straßburg, daß sie nur auf Grund päpstlicher Schreiben, die ihren Orden ausdrücklich erwähnen, belangt werden können. 1254 Februar 18 Rom im Lateran.*

Innocentius episcopus servus servorum dei dilectis in Christo filiabus abbatisse et conventui monasterii sancti Francisci Argentinensis ordinis sancti Damiani salutem et apostolicam benedictionem. celestia querentibus terrenis contemptui derelictis libenter illud speciale presidium favoris impendimus, quod quietis et pacis  
 20 eis producere gratiam sentiamus. eapropter, dilecte in Christo filie, nos vestris piis precibus inclinati presentium vobis auctoritate concedimus, ut a quocumque conveniri per apostolicas litteras non possitis, nisi de ordine vestro expressam fecerint mentionem. nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus  
 25 se noverit incursurum. datum Laterani 12 kalendas martii, pontificatus nostri anno undecimo.

30 *Aus Sbaralea Bullar. Francisc. I, 704 nr. 519 nach den Registern Innocenz IV im Vatican. A. Darnach auch bei Wadding Annal. Minor. III, 516 nr. 108. — Potthast Reg. pontif. nr. 15243.*

**332.** *Pabst Innocenz IV gestattet dem Straßburger Domcapitel, bei Receptionen und Provisionen nur diejenigen päpstlichen Schreiben beachten zu dürfen, welche diese Indulgenz sowie die Zahl und die Namen der Canoniker ausdrücklich erwähnen. 1254 März 28 Rom im Lateran.*

35 Innocentius episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . decano et capitulo Argentinensi<sup>2</sup> salutem et apostolicam benedictionem. decet et expedit, ut gravati

<sup>1</sup> Cfr. nr. 301.

<sup>2</sup> *Eine Quittung des Klosters Marbach für das Kloster Hohenburg, 1254 Januar 9 (feria 6 post epyphaniam domini) besiegeln: B[ertholdus] decanus majoris ecclesie, N[icolaus] prepositus sancti  
 40 Thome officialis Argentinensis et Henricus cantor majoris ecclesie. Straßb. Bez.-A. G fasc. 1229 or. mb. c. 5 sig. pend. delapsis.*